

secretum extorquet, famam deprendatur: ergo. Ita Sotus ibi conclus. 7. & Nauar. ibi sapra, limitans sicut primam conclusionem.

- 7 Quarta conclusio. Nemo tenet secretum quod sub fide signi seruandi recipit, seruare cum vita dispendio, aut alia gravi iactura honoris, aliorumque bonorum. Ratio, quia ite non teneat ex officio ad id, sed ex promissione, at nemo censetur dum promittit cum tanto dispendio se ad id obligare. Item, quia pecuniam deposito receptam non teneat quis tanto danno seruare. Sotus ibi sapra, conclus. 8. Cordub. ibi sapra, & Tsi se pregunt.
- 8 Quinta conclusio. Quando quis eatu nouit alienum secretum, licet teneatur illud contegeri sub peccato mortali, si magni momenti sit; at non teneat grava pati, vt illud celet. Ratio, quia ad hoc solum teneat ex charitate, sicut teneat res amicorum seruare, vbi sine gravi suo detimento posset. Sotus conclus. 9.

## DVBIVM III.

An alienas literas aperire, & legere sit peccatum mortale.

1 Sit prima conclusio. Qui legit ex consensu expresso, vel presumpto mutantis, vel eius, cui mittuntur, literas, non peccat. Ratio, quia nulli facit iniuriam. Ita Nauar. cap. sacerdos, de penit. dist. 6. num. 6. & in summa, cap. 18. Lat. num. 5. Hilp. p. 54. D. Anton. 2. p. tit. 1. cap. 22. §. 5. fine, Sylu. verbo sacerdos, quæst. 1. Tabien. ibi, n. 2. Angel. n. 2. Arnil. verbo litera, n. 1. Caet. verbo litera. Margar. fol. 20. 3. Padraza 2. præceptio, fine. Alcozer summa, cap. 22. 3. Mecina l. 1. summa, cap. 14. §. 36. Nauar. lib. 2. de refut. cap. 4. n. 48.

2 Secunda conclusio. Qui superioritatem habent in aliis, non peccant legendo literas, quas vel ad ipsum alii mittunt, vel ipse ad alios mittit, ut Praelatus legens literas Monachorum, Abbatissam Monialium, vir viroris, pater filiorum, qui sub sua sunt potestate. Ratio, quia hi ventur iure suo, dum cauenit ne aliquid mali his subflequantur, quorum regimenter habent. Ita Nauar. Caet. Arnil. D. Anton. Syluest. Angel. Tabien. Margar. Pedraza locis citatis.

3 Tertia conclusio. Non peccant, qui auctoritate publica aperius literas, ut Duces in bello ob obviandum malo publico. Ratio, quia hoc est valde necessarium ad bono communum consulendum. Sic idem. Item non peccat, qui legens literas lui aduerteri, si probabilitas dubitet in eis aliquid in suum damnum tractari. Ratio, quia virtutu iure suo, sicut indemnati confulens. Nauar. D. Ant. Syluest. ibi. Item non peccat ipsa legens ob obviandum iniusto danno corporali, vel spirituali alterius. Syluest. & Nauar. ibi. Item, quando litera illa haberentur pro derelictis. Syluest. Tabien. Angel. ibi.

4 Quarta conclusio. Qui ob solam curiositatem absque ullo laedendi animo legeret, credens non contineret magni momenti in his literis, peccaret venialiter. Ratio, quia non infert notabilem, bene tamen aliquam iniuriam. Ita Caet. Nauar. Alcozer. Pedraza. Arnil. Margar. & reliqui citati. Sed aduerte oportere ad hoc, ut excusat ex mortali ex hac causa, vt pro certo credit legens non continet ibi res ciuiummodi: nam si dubitaret ratio-

ne periculi, cui se exponet, non excusatetur. Caet. Nauar. Mecina, & Nauar. sapra. Item, si paratus sit seruare secretum, si forte calu in illis haec resuinenterunt. Caet. Arnil. Marg. Alcozer, Pedraza ibi.

Vtima conclusio. Extra prædictos casus peccatum mortale est legere literas clausas, vel in decreto positas. Ratio, quia graui interrogatur iniuria proximo. Item, quia licet legens falsarius est, & graue fallariorum penas incurrit, vt Nauar. & caeteri summis docent, & probant. Ita omnes Doctores citati, & Nauar. ibi, num. 4. 8. air forte dici posse, quod si apertens literas certus est, se non nocuitur, nec eius occasione alium: non esset mortale, licet crimen aliquod ibi esset scriptum feliciter ordinata ad confessionem: quia infame coram uno, qui nocere non debet, non est mortale; sed de hoc alibi.

## CAPVT VII

## De Aduocatis.

## SUMMARIUM.

- DVB. I. Utrum Aduocatus teneatur patrocinari pauperi.
2. Quibus personis interdilectum sit officium aduocationis.
  3. An in aliquo eventu fas sit clericis, & Episcopis patrocinari.
  4. An qui iure prohibiti sunt patrocinari, delinquenti mortaliter, si motore hoc fungantur.
  5. An clericis interdilectum sit tabellonis officium. Scilicet notarii.
  6. An clericis, & Episcopis fas sit tutoris funeris obediens.
  7. An causifice fas sit utramque partem tueri, scilicet sui clientis, & aduersarii colligitorum.
  8. An Aduocatus habens causam instantem possit aduersarii decipere, & causationibus vti.
  9. An Aduocatus licet copia lire pacisci de salario. Item concurrence de quota fibi danda.

## DVBIVM I.

An Aduocatus teneatur patrocinari pauperi.

**R**IMA sententia asserta in extrema tantum necessitate pauperis teneri Aduocatum sub mortali ei patrocinari, quando scilicet pauper in extremitate inciderit, si in illa causa ius fuerit amittere, vel vitam esset ob id amittere. Ita tenet Caet. 2. 2. quæst. 7. 1. art. 1. Nauar. cap. 25. Hilp. n. 30. Lat. n. 29. Arnil. verbo aduocatus, num. 1. 2.

Secunda sententia tenet, teneri etiam in gravi pauperis necessitate, vt si crita periculum vite periclitaret honor, aut alia vrgens calamitas inopi ingrueret, & non esset alius, qui patrocinari vellet, tunc teneatur Aduocatus sub mortali patrocinio praestare. Probatur, nam idem ferendum est iudicium de hoc, sicut & de aliis elemosynis, vt fatur D. Thom. 2. 2. quæst. 71. art. 1. sed præceptum elemosynæ obligat etiam in gravi necessi-

## Lib. VI. Cap. VII. Dub. II. &amp;c. 239

## DVBIVM III.

An in aliquo eventu fas sit clericis, Monachis, & Episcopis patrocinari.

Prima conclusio. Sacerdotibus patrocinari non licet coram iudice Ecclesiastico, vel seculari, nisi in quatuor casibus, scilicet cum causa propria, vel propria Ecclesiæ agitur, vel consanguineorum intra quartum gradum, quando consanguineum alium, vel falsum aquæ bonum caudicum habere nequeunt, vel quando agitur causa miserabilium personarum, que scilicet per se proprias causas ministrare non possunt, vel Ecclesiastico auxilio indigent, cap. sacerdotibus, ne cler. vel Monach. Ita tenet Arnil. verbo Aduocatus, num. 4. Tabien. num. 3. Angel. n. 5. Syluest. quæst. 1. & 3. D. Anton. 3. part. tit. 6. cap. 1. §. 1.

Nora quod etiam in his casibus non licet sacerdotibus patrocinari coram iudice seculari in causa criminali, bene tamen in civilicoram Ecclesiastico vero licet in vitaque tantum in quatuor casibus possit. Syluest. Tabien. Arnil. Angel. ibi, & patet cap. sententiam, nec clerici vel monachi.

Sed utrum in his quatuor casibus licet Episcopis patrocinari duplex est sententia.

Prima dicit non licere nec coram seculari, nec coram Ecclesiastico. Ita Arnil. num. 4. Tabien. num. 3. Angel. num. 4. At contraria sententia est aliorum.

Secunda conclusio. Verius est licere etiam Episcopis in dictis quatuor casibus aduocare coram iudice tantum Ecclesiastico. Ratio, nam non est decens, vt reueneriant, quam iudicii seculari exhibent causidici, exhibeant Episcopi. Ita Panorm. & Pilana, vt refer, & sequitur Sylu. q. 3. D. Anton. ibi sapra, & ali.

Tertia conclusio. Clericus inferioribus, scilicet Diaconis, & hypodaconis, & in minoribus tantum ordinibus constitutis, beneficium tamen habentibus, interdictum est coram seculari iudice Aduocatos esse, excepto quatuor casibus sapra numeratis, ac coram Ecclesiastico liberum est illis in omnem eventu patrocinari, & c. sacerdos, & c. clericis, de postul. Arnil. num. 6. Tabien. num. 4. & 5. Angel. num. 6. & 7. Syluest. quæst. 4. D. Anton. ibi sapra.

Hic oportet notare, quod si negotium, de quo agitur, seculari sit, non licet huiusmodi clericis patrocinari coram iudice seculari, nisi in quatuor casibus positis: at coram Ecclesiastico bene licet in omni eventu. Si vero negotium sit Ecclesiasticum, licet etiam coram seculari iudice aduocare in quibus casu. Patet cap. 1. de postul. vbi tantum prohibent huiusmodi clericis coram seculari, in secularibus aduocare: ergo focus in secularibus coram Ecclesiasticis, & in Ecclesiasticis coram vtrique iudice. Dicitur autem negotium Ecclesiasticum, vel ratione persona, quia est Ecclesiastica persona, quæ frequens forum rei, litigat coram seculari iudice, vel ratione delicti, quod est Ecclesiasticum, vt sacerdotium, vel ratione rei, quae est Ecclesiastica. Ita Syluest. ibi sapra, citans & lequens Innocent. & Panorm.

Secundum nota, quod si dicti clericci nondam ad sacerdotium promoti, licet in facies sint constituti, non habent patrimonium, nec beneficium pro sua sustentatione sufficiens: posunt per aduocationis officium

officium vixcum querere. Vnde conclusio posita debet intelligi de his, qui sufficientem sustentacionem habent. Panorm. quem refert, & sequitur Sylvest. ibi, Armil. & Angel. obi supra. Lancelotus Inglit. curia canon. tit. de procurat. §. postulandi, vers. Ecclesiastici, licet glossa, cap. i. de postul. oppositione tenet.

**8. Quarta conclusio.** Clerici nondum sacris iniciati, nec beneficium habentes, possunt patrociniū praeſtare in causa ciuiti, tam coram Ecclesiastico, quam coram faculari iudice; et in causa criminali coram faculari iudice, nullo modo illis fas est, cap. sententiam, ne cler. vel monach. cap. aliquantos, dist. 51. Hoe dicunt esse tutius Sylvest. quest. 5. Armil. num. 6. Tabien. num. 5. Angel. n. 7. licet ut illi referunt) quidam dicunt, posse hos clericos fauore reorum, postulare, appellare, & appellationem prosequi. Quod etiam possunt in criminali, est verius, modo non deferant publicē tonsuram. Sic Nauar. cap. non dicitur, n. 9.

**9. De Monachis autem, & canonicos regalaribus, an, & in quibus casibus licet illis aduocare, dixi lib. 6. summae, cap. i. 3. n. 1.**

## DVBIVM IV.

*An qui iure prohibiti sunt patrocinari, delinquent mortaliter si munere hoc fungantur.*

**1. Sit prima conclusio.** Si prohibiti sunt ratione Salicis defectus, non multum ad rem conferunt, non est mortale, imo circa veniale fieri potest, vt si inutus scripto consulat, & infans emendatus. Si vero nullum iuris peritum, vel negotiorum experientiam haberet, esset mortale, quia periculo exponeret causas sibi concretas. Ita Sotus lib. 5. de iust. q. 8. art. 2.

**Secunda conclusio.** Si cletici in sacris constituti, vel in minoribus, cum beneficium habeant, functionem patrocinandi prater causas concessas, non facili, aut bis, sed ex profecto oboeant, erit peccatum mortale, quia decordan munus sacerdotij, infuper suscipiunt officium seueri interdictum. Ita aliqui iuniores Magistri.

## DVBIVM V.

*An clericis interdictum sit tabellionis officium, seu Notarii.*

**1. V**arij sunt sentendi modi, quidam sentiunt clericis fas esse tabellionis functionem obire in Papa, vel proprii Episcopi curia, & hoc in causa tantum Ecclesiastico. Ratio, quia ordo in causa esse non debet, vt officium interdicatur Ecclesiastico. Ita Host. Anton. & Panorm. quos refert Couart. obi infra. Idein tenet D. Anton. 3. p. tit. 1. 3. cap. 2. §. 2. Tabien. clericus 3. num. 3. Angel. clericus 9. num. 9.

**2. Alii** tenent nullo pacto licere clericis in sacris constitutis tabelliones esse, si beneficium, vnde possint alinrent sibi ministrare, habeant, finimus, letere: utique etiam in causis temporalibus. Probant ex cap. sententia, ne cleric. vel monach. vbi clericis tabellioni constitutis pena priuationis beneficii: ergo sermo habetur in tali prohibitione de flos clericis beneficiarii. Ita glossa, & Iohann.

Andreas d. cap. sententia. Armil. verbo tabellio, num. 4. Sylvest. 4. 3.

Alij vero oppositum sentiunt. Inluper circa clericum in minoribus constitutum duplex est sententia.

Prima tenet posse clericis tabellionem, licet beneficium habeat. Ratio, quia d. cap. sententia, tantum hoc interdicatur clericis in facris constitutis. Ita Tabien. & Angel. ibi.

Alij vero oppositum tenent. Sit

Prima conclusio. Clericus etiam sacris iniciatus, licet beneficium habeat, potest apud curie Romane Ecclesiastica tribunalis tabellionis officium exercere. Ratio, propter tantu curia dignitatem, & tacitum Pape consensum. Ita tenent omnes Doctores citati, quod omnes in hoc convenient. Idem Naur. prael. quest. cap. i. 9. n. 8.

Secunda conclusio. Probabilius est non pos-

se clericis in facris constitutis tabelliones esse,

quamuis beneficium non habeant, etiam in tribunaliis Ecclesiasticis aliis. Ratio, quia d. cap. sententia, absolute id interdicatur huiusmodi clericis.

Nec obstat, quod pena priuationis beneficii op-

ponatur: id enim non fit, quasi tantum cum be-

nificiaris loquatur, sed quia communiter solent

beneficium habere, volui ut illud habentes, hanc

penam darent. Ita Couart. ibi, & Trotius, &

Cardin. per ipsum relati contra Doctores prime, & secundum sententias. Subdit tamen Couart. posse

huiusmodi clericos in curia Romana publicē & extra curiam in negotiis Ecclesiasticis, qua priu-

tum, & non in foro publico expediuntur, hoc

munere fungi.

Tertia conclusio. Clericus in minoribus consti-

tuti, beneficium Ecclesiasticum habentibus, vnde possint congreui sibi alimenta exhibere, non licet ut tabellionis officio, etiam in Ecclesiasticis publicis tribunaliis. Ratio, tum quia est officium faciare. Item, quia beneficiarii in minoribus constituti prohibetur Aduocatorum officium, vt dixi dub. praecep. ergo a fortiori istud, quia vilis, & facularius est: tum, quia est genus quadam negotiationis ergo interdicatur beneficiarii, per cap. i. ne cler. vel monach. Ita tenent Host. Panorm. Anton. d. cap. sententia, quos refert, & sequitur Couart. vbi supra, dicens esse communem sententiam. Idem tenet Sylvest. Armil. D. Anton. vbi supra, & est contra Angelum, & Tabien.

Quarta conclusio. Clericus in minoribus be-

neficium non habens potest esse tabellio. Ita idem

Doctores, & Angel. & Tabien. additique Conarr.

hoc verum esse apud facularia tribunalia publica;

quia huc nullo canone prohibetur.

An vero monachus possit esse tabellio, & qui in

seculo tabellio fuit, possit co munere fungi possit

monachus factus, & possit post professionem completere, & signare instrumentum, quod ante monachatum in eius protocollo conscriptum fuerat ab eodem, vel eius auctoritate, & ut valeat instru-

mentum, quod fecit post monachatum abque super-

teriori licentia, dixi lib. 6. summae, cap. i. 3. num. 47.

Quinta conclusio. Si sacerdos tabellionis offi-

cio vtatur, & aliquod instrumentum conficeret,

et publicum, & validum, si aliquin vero tabellio

erat, licet peccauerit hoc officio vtiens: erit (in-

quam) validum si ante publicum huius officii inter-

dictum illud conficerit. Ratio, quia tolerabatur

in officio. Verum si postea quam fuerit publicē in-  
terdictum tabellionis officium, illud conficerit,  
nullum est. Ita plures, quos refert, & sequitur  
Conarr. d. n. 3. Sylvest. 4. 3.

## DVBIVM VI.

*An clericis, & Episcopis fas sit tutoris fun-  
ctionem obire.*

**1. N**ota cum omnibus summits verbis tuelas, ini-  
tio, tutelam esse triplicem, scilicet testa-  
mentariam, quando scilicet pater instituit in testa-  
mento tutorum, & legitimam scilicet, quae defuerit  
a lege: vt cum nullus est tutor testamentarius, le-  
ges statuunt, vt tutors sint, qui debebant succe-  
dere ab intellexo: & datum, scilicet, quando index instituit rutorum.

**2. Prima conclusio.** Clerici, & Episcopi cogit non  
possunt, vt tutelam suscipiant aliquam, hoc enim  
eorum privilegium est, quod cum sucedere ab  
intestate possint, non cogantur suscipere tutelam:  
quod focus in laicis contingit. Ita Gregor. Lopez  
i. 1. 4. vers. por. razos, tit. 1. 6. pars. 6. & colligitor ex illa glossa ambens, de gubernat. de sanctis Episc. 9.  
Deo autem amabilis, collat. 9. vers. permittimus, & apte-  
colligitor ex illo auth. glossa cap. fin. ver. tuelam,  
dist. 86. Turret. codem cap. glossa 21. quest. 3. cap. Cy-  
priani. vers. sursum, Perez lib. 1. ordinam. tit. 3. 1.  
fol. 1. 4. vers. surdam etiam Sylvest. verbo tuelas, quest. 3.  
Armill. n. 2. Angel. & Tabien. num. 1.

Sed nota conclusionem intelligi duplice limita-

tionem.

Prima, modo clerici sint in sacris constitutis nam

a minoribus constituti cogi possunt legitimam  
suscipere. Greg. Lopez ibi vers. sursum cantamus glossa  
d. a. u. b. vers. hoc fecerint.

Secunda est, nisi tutela sit miserabilium perso-  
narum, vt pauperum, orphanorum, & viduarum:  
tenentur enim clerici, & Episcopi horum tutelam  
suscipere, d. cap. fin. & dist. 8. 8. c. 1. & cap. Episcopis.  
Sylvest. Angel. Tabien. Armil. vbi supra, & de clericis,  
& monachis idem dicunt glossa, & Turret.  
d. cap. fin. Quod Episcopum legitima, quod non per  
scipem, sed per Archipresbyterum, vel per Archidiaconum. d. cap. Episcopis. Ita Sylvest.

**4. Secunda conclusio.** Tutelam legitimam possunt

omnes clerici & Episcopi suscipere: patet d. cap. fin.

per quod derogatur ambiguo citato, quod contraria

statuunt in Episcopis. Ita glossa d. cap. fin. &

ibi Turret. Angel. Armil. vbi supra. Tabien.

supra, & de clericis quod possint suscipere legitimi-

mā docent etiam Greg. Lop. Perez & glossa citata.

Vltima conclusio. Tuelam testamentariam, &

datuum non licet clericis, & Episcopis recipere.

Patet d. cap. fin. vbi statuit, vt contrarium faciens

subiacet correctioni, id est, (vt statuit glossa ver. ver.

correctioni) suspensiō, & d. cap. Cyprianus grauissi-

me statutum penitentia signantur tutelas hu-

iusmodi clericis, & glossa d. cap. fin. in principio, di-

cit clericum acceptantem has tutelas debere ex-

communicari. Conclusionem itan docent omnes

glossa citata, Greg. Lop. Turret. Syl. Tabien.

Angel. Armil. vbi supra.

**6. Nota** han conclusionem fallere in aliquibus

casibus. Primo si tutela sit miserabilium persona-

rum: illam enim possunt, non tenentur recipere,

iuxta glossa dicta. Secundo, si Episcopus ciuitatis

Tb. Sanchez. Conf. moral. Tom. II.

alicui clericis committit Ecclesiasticarum rerum  
gubernationem, aut earum perlongarum, qui Ec-  
clesiastico indigent admineculo, propter Dei  
timorem. Ita habetur d. cap. fin.

An autem monachi possint tutoris functionem  
obire, dixi lib. 6. summae cap. i. 4. a. num. 2. ad 26.

## DVBIVM VII.

*An causidico fas sit viramque partem tueri,  
scilicet sui clientis, & aduersary  
colligitoris.*

**Q**uidam dicunt id licere, quando causa dubia  
est. Ita Speculator. ii. de Aduocatis, & Angel.  
verbo Aduocatus. n. 17. Alij dicunt id non licere. Ita  
Roffella verbo Aduocatus. D. Anton. 3. p. tit. 6. cap. 2.  
§. 5. fine. Sit tamen

**Prima conclusio.** Vbi causidicus nouit iusti-  
tiam, vel iniustitiam cause, non potest viramque  
cautam tueri: quia ex una parte tueretur cautam  
iniustitiae Ita Sylvest. verbo Aduocatus. quest. 13. Ar-  
mil. num. 1.

**Secunda conclusio.** Vbi causa anceps est, po-  
test viramque tueri in duplice casu. Primus est,  
quando vbi una parte defendit, & cognoscens  
e male allegans, reuocat suum consilium, vt te-  
netur; caute tamen, propter scandalum. Secundus  
in diversis articulis, & diversa instantia: vt si pro  
una parte aduocat in causa principali, pro altera  
in causa appellations, modo viteretur scandalum.  
At vero in eadem instantia, etiam in dubiis non li-  
cet: tum quia ranisime sine scandalio fieri potest:  
tum quia oportebat allegare contraria, & allegans  
contraria non audire. i. C. de viris. Ita Armil. &  
Sylvest. ibi plures textus & Doctores refertur.  
Nota tamen hodie esse vetitum: etiam in diversis  
instantiis, vt patet lib. 2. ordinam. tit. 16. 1. 3. &  
docet Burgos de Paz in prologo. Tauri. num. 4. 10.

## DVBIVM VIII.

*An Aduocatus habens causam iustam,  
possit aduersariorum decipere, &  
cautillationibus viti.*

**R**espondet affirmatiuē, modo nulla falsitate  
retratur, vt falsa allegando. Ita Sylvest. duas re-  
fentes glossas, verbo Aduocatus. q. 12. Armil. n. 1. 9.  
Tabien. n. 1. 3. D. Thom. 2. 2. q. 7. 1. art. 3. Parlad lib. 1.  
de rebus quotid. cap. 20. 7. Conatlib. 1. variar. cap. 2.  
n. 1. Ratio, quia iste has habet ad suum clientem  
tuendum, & iniustas aduersariorum partes cautillationi-  
bus repellendum.

## DVBIVM IX.

*An Aduocato licet capita lite pacis de  
salario, item conuenire de quota  
sibi danda.*

**S**it prima conclusio. Aduocato non licet pa-  
cisci de salario excepta lite, sed tantum in prin-  
cipio, vel fine, patet cap. infame, & proceros. 3. q. 7.  
Iquisquis. C. de aduoc. & l. 7. i. 16. lib. 2. ordinam.  
vbi sic dicitur, Hagan pacto al principio de los ple-  
yros oyda la relacion de las partes, y no puedan despues  
de aue visto sus escritos, y comenzado a hacer peti-

X. 10.

ción, o scriptos, o otra cosa alguna en los pleitos. Et ratio est, quia excepta lite omnia daret litigans proprius timorem. Ita D. Anton. 2. p. 1. cap. 29. §. 8. Nauar. cap. 2. 5. Lat. & Filp. n. 30. Greg. Lop. part. 3. tit. 6. l. 1. 4. vers. cetera. Archidac. cap. s. quis. 3. ques. 7.

2. Nota, si in medio litis fieret de stipendio pacatum absque vi, & scandalo, & esset iustum, non esset peccatum in foro conscientie; quia cessaret ratio, & presumptio legis. Sic Nauar. ibi.

3. Secunda conclusio. Non licet Aduocato pacisci de aliquota parte litis sibi danda, ut medietate, tercia, &c. Patet 1. si qui aduocatorum C. de potest. & l. 1. 8. s. cuius ff. de varia, & ex auctor. & l. 1. 4. tit. 6. part. 3. Et ratio est, quia datur anfa, ut sibi per fas, siue per nefas intendat caudicis victoriam; quia licet absolute fiat pactum de quota litis: ut tacite intelligitur conditio, si victoriem comparet; que non obtempera, nihil habebit. Ita tener Rosel. verbo Aduocatus, num. 6. Armill. n. 14. Syluest. ques. 19. Angel. num. 15. Alcozer in summa, cap. 16. Slos abogados. Nauar. d. num. 30. Sotus lib. 5. de inst. q. 8. art. 4. vers. unum autem D. Anton. 2. p. 1. 1. cap. 1. 4. §. 8. Perez. lib. 2. ordinam. tit. 19. l. 5. Gregor. Lop. ubi supra, & explicit Nauar. & Alcozer esse peccatum mortale.

4. Nota idem proflus esse dicendum de Procuratoribus quoad hanc conclusionem, & sequentes. Patet 1. item, C. de procurat. & l. sumptus ff. de pacis, & eadem ratio militat que in caudicis. Ita Nauar. Armil. Alcozer, Rosella, Syluest. Angel. Gregor. Lop. vers. ista postura.

5. Tertia conclusio. Non licet etiam pacisci de certa re, super quam est lis, danda. Ratio, quia datur eadem antea intelligitur enim, parta victoria; & sic eadem ratio militat, que in caudicis. Ita Gregor. Lopez, Azo, & glossa d. l. s. qui aduocatorum.

6. Vixima conclusio. Non licet pacisci de aliquando haec conditione, si victoriem in lite obtinuerit, licet super ea quantitate danda non sit lis, sed tantum licet pacisci de certa quantitate danda, siue vice, siue non. Patet eadem ratione, quia datur anfa, siue per fas, siue per nefas querendi victoriam; & patet 1. 8. tit. 6. lib. 2. ordinam. Ita tenet Sotus ubi supra, Gregor. Lopez, Nauar. Armil. Rosel. Syluest. Angel. ubi supra, Paulus de Castro. d. l. s. qui aduocatorum.

7. Nota, si esset quid parum, quod promitteretur, si vinceret item, esset iustum pactum, & esset enim prohibitions ratio, quia quia minimum non inducit ad querendum, siue per fas, siue per nefas, victoriam. Ita Syluest. Angel. Rosella, Armil. Nauar. referens Alexandrum, & Salicetum ubi supra. Idem Angel. l. sumptus. ff. de pacis.

### CAPUT VIII.

De ordine seruando à Prelato Regulari in inquirendo de criminis graui alius  
Religiosi.

### SUMMARIUM.

Dub. 1. Qualiter Prelatus regularis debet procedere ad cognoscendum iudicaliter de delicto graui Religiosi sibi subditi.

2. Qualiter Prelatus regularis procedere debet per viam inquisitionis.

3. An Prelatus procedens contra subditum Regularem posse recuperari.
4. Qualiter Prelatus Regularis debet procedere per viam accusacionis contra subditum Regulari.
5. Qualiter Prelatus debet procedere contra Regulari via denunciationis Euangelica, seu facta.
6. Qualiter procedere debet Prelatus contra Regulari via denunciationis canonica.

### DUBIVM I.

Qualiter Prelatus Regularis debet procedere ad cognoscendum iudicaliter de delicto graui Religiosi sibi subditi.

**P**rius oportet supponere aliquot fundamenta. Primum sit, si delicta sunt levia, in quibus agitur de modo Regularis praedictio, & potius ad correctionem, non oportet, quod delictum sit publicum. Ratio, quia in his non agitur ad punitionem, sed ad correctionem: nec ex his aliqua infamia Religiosi pullulat. Sic Perez lib. 8. ordinam. fol. 130. pag. 1. Angel. verbo inquisitio. 2. Syluest. inquisitio. 1. ques. 3. dict. 2. Armil. verbo inquisitio. num. 11. Corduba super Sotum de secreto legendis. memb. 2. q. 4. conclus. 7. Quod etiam inde patet; quia licet correctione fratrina premitenda sit iure diuino interquam denunciatur Prelato; fallit in his delictis leibus: ut docent D. Thom. 2. 2. ques. 3. art. 7. ad 4. Abul. cap. 18. Matth. 9. 97. ad 8. Sotus de creto. memb. 2. ques. 4. & omnes.

Nota, quod delictum graui dicuntur, & enormiter inter Regulares omni peccatum mortale, ut patet ex cap. illi. 6. ques. 1. & pro quoilibet tali potest qualibet Religiosi arcari ad custodiandum, si expedit correctione, non autem ad peccatum, sed pro his, que exprimuntur in sui ordinis statutis, vel illis & qui parantur arbitrio discretorum. Sic Armil. verbo inquisitio. n. 1. 5. Syluest. inquisitio. 2. dicto 9.

Secondum fundamentum sit: licet ad inquisitionem de delicto graui contra Religiosum, quando proceditur via inquisitionis specialis, alterant aliqui Doctores non requiri infamiam, propter cap. qualiter. et 2. de accusat. in fine: vbi potius deciderunt ad inquerendum requiri infamiam, &c. subditur. Hunc tamen ordinam circa Regulares personas non credimus & sequaque seruandum, & propter cap. in singulari, de stat. monach. Sic Ioh. Andr. cap. 1. de offic. ordinam. num. 47. Corduba super Sotum de legendis secreto. memb. 2. ques. 6. conclus. 1. dub. ultimo. vbi haec dicit: In religiosis non feruarit rigor iurisdictio si interrogantur criminosi de suis complicibus, etiam nulla infamia & indicies existentibus, tenentur facti. Carterum omnino tenendum est, etiam contra Religiosi requiri infamiam, quia textus exigentes infamiam ad procedendum via inquisitionis non uniuersaliter loquuntur, cap. qualiter. et 2. cap. inquisitionis, & cap. cuius oporteat, de accusat. & cap. licet Heli, de simon. vbi textus facit mentionem de infamia contra Regularem. Nec obstat d. cap. in singulari, quia loquitur de inquisitione generali, ad quam nulla requiruntur infamia. Nec etiam obstat d. cap. qualiter, quia quod ibi dicitur cum ordinem non esse omnino seruandum quod regulares,

### Lib. VI. Cap. VIII. Dub. II. 243

gulares, explicat Panorm. ibi, num. 10. Felin. ibi, num. 21. non esse omnino seruandum, non quod ad veritatem, id est, quod substantialia iudicij, sed quod accidentalia, & subtilitatem probatio & notitia delicti est de substantia iudicij; & Syl. inquisitio i. ques. 3. dicto 2. explicat non esse omnino seruandum, nisi infligendum sit graue praejudicium. Et sic hoc tenent Nauar. cap. inca verba, in veteri corol. 6. 2. num. 6. 8. 9. & in novo corol. 6. 3. num. 2. 8. Panorm. cap. 10m. de accusat. n. 9. Umbertos in regula D. Augst. Perez ubi supra. Innocent. Aret. Bart. quos referi, & sequitur Angel. verbo inquisitio i. 2. Syl. inquisitio 1. q. 3. dicto 2. & melius inquisitio i. 4. Armil. verbo inquisitio. n. 1. Corduba super iustum de secreto, memb. 2. q. 4. conclus. 7. & expresse idetur D. Thom. huius sententia 2. 2. ques. 3. art. ad 5. vbi dicit: Prelatus Regularis non possit inquirere delicta nisi in causis, in quibus potest ex Ecclesiasticis, vel secularis. Et expreßius ait. ibi, circa candem solutionem ad 5. vbi tractans academ inquisitione contra regulares, hac dicit: iam si duo, vel plures iurent vidisse se illum ministris, si nulla est infamia, non est inquire, in iudicaliter, ut expreßus habet cap. inquisitio. de accusat. Nec est puniendus iudicaliter & delinquens, nisi frater correcione praemissipotest sit per denunciationem viam. Pro eadem sententia est Nauar. lib. 2. de reſit. cap. 4. num. 7. q. 9. 14. vbi impugnans Cordubam inquit, non posse procedi contra regulares absque infamia, nisi quando ex non inquiringe Religiosis scindies, & dannum notable sequeretur. Idem inueniunt aliqui docti iuniores Magistri.

4. Nota, idem esse dicendum in Societate Iesu. Neque obstat quod in ea possit delictum occultum denunciari superiori, non praemissa correccione fratrina, eo quod renunciatur a Religioso iuri suo in hoc, ut patet ex regula 9. Societatis, que habetur inter generales, & in examine cap. 4. §. 8. scienti enim, & volenti nulla fit iniquitatem (iniquam) obstat hoc, quia, ut constat ex eadem regula, hoc est ad maiorem profectum spiritualiter, qui est finis correctionis fratrina, & denunciationis Euangelica, & non dicit ad punitionem, qui est finis processus judicialis. Sic tenet quida doctissimus recentior, & patet amplius ex eo quod licet in priuilegiis, vel in regula Religiosi dicitur, quod possit procedi iudicaliter, non feruatur apicibus, & timulus iuris, intelligitur, quod substantialites accidentes, les, secus quod substantialia, sine quibus in iudicio procedi nequit, ut testatur D. Anton. 3. part. iii. 9. cap. 7. 9. 8. Syluest. inquisitio 2. dicto 11. Armil. verbo inquisitio. num. 11. Corduba, super Sotum de secreto memb. 2. ques. 4. conclus. 7. Ergo a fortiori hoc erit verum, cum regula non dicat id, sed ad maiorem profectum suum omnes contenti esse debent, ut omnes defecutus manifestentur superiori: vbi nullum est verbum de processu judiciali.

5. Tertium fundamentum sit: non statim ac denunciantur, vel testificans dicit esse infamiam de delicto, debet Prelatus procedere per viam inquisitionis, sed debet inquirere apud quos sit infamia, & vnde orum habuerit, nam si sit apud paucos, & leues, & ex leui fundamento, non potest Prelatus iudicaliter inquirere, praecipue de persona, que prius fuit clara, & bona fama: secus si sit apud grates, & bonus pluresque: quia fama apud tales cum iuspcionibus viol-

Th. Sanchez Conf. moral. Tom. II.

X 2 vt